

dam. Ultrum de eâ aliquid typis mandatum sit nescio; vix ta-
men credo, cum hætenus neque ipsemet sollicite inquirens
viderim nec offenderim, qui de eâ aliquid excusum viderit.
Quæ rationes me moverunt ut hanc machinam à Medicis
quibusdã clarissimis tacitè habitam in lucem ederẽ, simulque
adjungerem figuras & Anglicanæ & nostræ inventionis in-
strumenti, ab Anglicano quidem non multum externè, plu-
rimum vero interne differentis, cum altero pro inflatione fu-
mi commodius sit & inspissata quoque balsamica in fumum
resoluta introducat quæ Anglicani instrumenti foramina o-
mni procul dubio obturarent; His non iniquum duxi ad-
jungere quidnam utile ab iis in praxi observaverim. Stru-
ctura autem hujus machinæ externa inferius vergens non
multum differt ab instrumento R. de Graaff, funiculum au-
tem arbitor interne non tam exacta conclusione opus habere
quemadmodum R. de Graaff de suo tradit, ita tamen de-
bere præparari ut inflatus nullo modo æer ad latera ejus tran-
seat, extremaque ejus pyxidi superius, cannulæ autem infe-
rius, ut firmiter sint adnexa opus est. Interim pars pyxididis
interior laminâ ferreâ obducitur, ne pyxis ex ebore aut li-
gno confecta à calore dissiliat. Eadem lamina ferrea oper-
culi partem interiorem claudit, relicto foraminulo pro in-
spiratione, quemadmodum ex figuris videre licet quæ majo-
ris lucis ergo ad calcem adjunctæ sunt. In pyxididis parte in-
feriori ad basin lamina perforata notatur in Anglicano in-
strumento cujus loco in nostro pileum ferreum margine per-
forato